UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Menio episcopo et confessore. Cap[itulum]. xxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

chriſtum viſis tot miraculis conuerſi ſunt: ⁊ in ip̄o oppido tres eccleſias conſtruxerunt. Cum autem a rege quereretur perſecutionem fugiens ad vrbem picenam venit ſuſceptus a matrona xp̄iana: vbi demerſo in fluuiū ſimulacro phanoqꝫ oratione deſtructo multos ad xp̄m cōuertit. ¶ Tandē rex polymnius ip̄m detinuit: ⁊ hortabatur vt dijs immolaret: ꝓmittens ei ſe filiam ſuam in coniugem daturum. Quāqꝫ ei tradidit vt ip̄m ad ſacrificia ꝓuocaret. Emigdius xo puellam ſe tentantē ad xp̄m ſua predicatione conuertit: aquamqꝫ de ſaxo producens ip̄am continuo baptizauit. Alios quoqꝫ plures quos ad diuerſis primū languoribꝰ ſanos effecerat: eadē vnda perfudit. Quod rex audiens ip̄m in eodem loco iuxta flumen rheonthi decollari precepit. Sed anteqꝫ decollaref dicitur oraſſe: vt in ciuitate eſculo nullus aliquando eſſet leproſus vel demoniacus: ⁊ ꝙ nullus exercitꝰ ip̄am vrbē vltra. ix. dies obſidere poſſet aut ibi ꝑſeuerare. Decollatus quoqꝫ caput ſuū in byrrho ſuſcepit: ⁊ trecentis paſſibus perambulauit vſqꝫ ad montē cenobitarum: qui mons ſe mirabiliter aperuit: ⁊ corpus cum capite intra ſe recepit ſeqꝫ continuo recluſit: vbi vſqꝫ in preſens quieſcit. Sanguis autem ip̄ius a chriſtiana quadaꝫ collectus: eſculi reſeruatur in eccleſia ſua. Qui paſſus eſt noñ. auguſti.

¶ De ſancto Menio epiſcopo et confeſſore. Cap. xxv.

Menius catalaneñ. ep̄us nobilis romanus a ſancto petro apoſtolo in ep̄m conſecratus: cuꝫ ſancto Dionyſio et alijs ep̄is ad gallias predicationis grā directus eſt: adiuncto ip̄o ſubdiacono maximiano. Sed cū xviij. miliario ab vrbe elongati forent: ſubdiaconus mortuus eſt. Menius xo ad petrum redijt: ⁊ ſocium defunctū nunciauit. Accepta quoqꝫ ab apoſtolo de fimbria veſtimenti eius particula: reuerſus cadauer adhuc inhumatum tetigit: ⁊ continuo mortuus reſurrexit. Alia quoqꝫ ſigna plurima per illos dn̄s oſtendit. Cuꝫ autē ad vrbem catalaneñ. veniſſet: ⁊ populū ad conuertendum durum reperiſſet: miliario vno a ciuitate in loco deſerto cepit in ſpelunca contēplationi vacare: multiſqꝫ inibi miraculis clareſcere. Nam pueruꝫ nobilē qui cadens in fluuiolo qui nauta dicitur ⁊ iuxta ciuitatē labitur necatus fuerat: ſuſcitauit: multoſqꝫ viſo mirabili ſigno ad xp̄m conuertit. Sicqꝫ a populo cum honore ad ciuitatē ducitur ⁊ in epiſcopum ſublimaf. In ip̄o quoqꝫ vrbis ingreſſu tres leproſos mundauit ⁊ totidem cecos illuminauit: demonem quoqꝫ ab obſeſſo quodam eiecit. Bregē

autem dn̄icū verbis ⁊ exēplis refouens annis lxxx. ſedem ſuā feliciter gubernauit. Et confectus ſenio in pace quieuit noñ. auguſti.

¶ De ſancto Iuſto ep̄o. Cap. xxvi.

Iuſtus epiſcopus lugduñ. fuit. Qui cum epiſcopatu relicto aliquot annis in heremo angelicā vitā egiſſet: ibidē ſancto fine migrauit ad dn̄m. Cuius ſanctum corpus lugdunēſes ciues ſolicite reqſitum: ac in heremo vaſtiſſima reptū a remotis terre partibꝰ ad ſuā ciuitatē tulerūt: ⁊ ibidē in eccl'ia ſui ſacerdotij honorifice condiderunt noñ. auguſti.

¶ De ſancto Caſſiano ep̄o. Cap. xxvij.

Caſſianus epiſcopꝰ ex alexandrinorū nobili genere ortus a ſancto zenone eiꝰ vrbis epiſcopo diuinis lr̄is eruditus eſt. Qui oīa pro xp̄o relinquens in horteñ. ciuitate eccleſiam cōſtruxit. Ibiqꝫ degēs ſub iouiniano imperatore xp̄ianiſſimo a populo ep̄s cōſtitutus eſt. Et cū ip̄am ſedem dudum in ſanctitate gubernaſſet: peregrinatiōis gratia inde diſceſſit: ⁊ per mare maſſiliam nauigauit. Indeqꝫ auguſtuñ venit: ⁊ ſctō ſimplicio ep̄o triennio adheſit. Quo defuncto oīs clerus ⁊ populus caſſianū ſibi in ep̄m conſtituit. Qui vita ⁊ miraculis clarēs anno. xx. ſui epiſcopatus in pace quieuit noñ. auguſti. ¶ De hoc frater Vincētius ait: ꝙ dū ſanctus germanus antiſiodoreñ. ep̄s de britannia rediēs ad tumulū huius oraret. Interrogauit caſſianū quō ſe haberet. Qui ſtatim ex tumulo cunctis audiētibus reſpondit: ſe perfrui dulci quiete: ⁊ ſcōm ſaluatoris aduentum expectare. cuius ſe germanus orationibus commendauit: et vt in ipſo ſecūdo aduentu partem ſecum habere mererēf: humiliter ſupplicauit.

¶ De ſancta Aphra martyre. Cap. xxviij.

Aphra martyr apud cretaꝫ in ciuitate auguſtana martyriū paſſa eſt. Hec cū eſſet pagana et meretrix matrem hilariā de lenocinio vitam exigētē habebat. Ip̄a xo cū tribus ancillis ſuis: videlicꝫ digna: eumenia: ⁊ eutropia ſe cūctis petentibus ꝓſtituebat. Sed per p̄dicationē narciſci hieroſolymoꝝ ep̄i ad xp̄m cōuerſa ⁊ cum omni domo ⁊ matre baptizata: atqꝫ a peccato reuocata eſt. Que a iudice cōprehenſa cuꝫ ſacrificare nollet: ſed diceret ſufficere ſibi peccā ſua: qbus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN